

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amissio rerum c  
cum fonte primo

Magna consolacio in rerum  
amissione est illa tempora ad mentem  
reducere quibus nos contigit res quas  
perdidimus non habuisse;  
ut dum unusquisque intuetur quod      ←  
aliquando illa non habuit,  
dolorem temperet quod amisit.

Gregorius libro II. moralium.



Quia enim iudicante Deo, cuncta  
amiserat pro seruanda patientia illud  
tempus ad memoriam reduxit, quo  
necdum ista quae perdidit habebat,  
ut dum intuetur quod  
aliquando illa non habuit,  
dolorem temperet quod amisit.

Magna enim consolatio in rerum  
amissione est, illa tempora ad mentem  
reducere quibus nos contigit res quas  
perdidimus non habuisse.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2.17  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.78, ll.4-10).